



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

29 Collatoribus beneficiorum non currit tempus ad conferendum nisi à die
scientiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

27 Sexto, ¶ parochiales ecclesiæ per obitum, aut per resignationem simplicem vacantes, ordinaria auctoritate per concursum, prævio examine coram Episcopo, seu ejus Vicario & examinatore. synodali-
 bus tribus, non paucioribus & parimodo à S. R. E. Card. etiam vigore indulti sunt conferendæ, concil. Trident. cap. 18. de reformat. sess. 24. & Pius V. in conferendis, in Bull. constit. 32. Provisi ¶ etiam de parochialibus, non præcedente concursu, & dicto examine, nullum acquirunt titulum possidendi, nec coloratum, sed ut prius ante collationem vacabant, adhuc vacante noscuntur, & Sedis Apostolicæ, seu ijs, quibus jus conferendi eas præterquam Episcopis, & Archiepiscopis, qui curam dicti examinis juxta dictum decretum concilij habere debent, competit, sunt reservatæ, ut in ead. const. §. nos ad quorum, in fin. Nam S. R. E. Cardinales, qui vigore indulti conferunt, ut plurimum sunt in curia Romana, & pro aliis sanctæ Sedis Apostolicæ negotiis in aliis Regnis aut Provinciis Legati. Vnde quæri potest, nunquid, & ipsi formam examinis per concursum coram Episcopo, seu Vicario residentibus saltem examinatore servare debeant, cum possit dubitari, quod negligentia Episcoporum in non publicando concursu, si induceretur devolutio ad Sedem Apostolicam sine eorum culpa, illis posset præjudicare, sed ad illius formam servandam ipsi pari modo teneri declarantur, cum in dicto decreto conc. Trid. paulo post præc. & d. constit. 32. eod. §. nos ad quorum, sint ad eandem formam servandam expressè comprehensi, nec negligentia ¶ Episcoporum illis potest præjudicare, quia collatoribus beneficiorum non cur-

rit tempus, nisi à die scientiæ vacationis, c. licet, de suppl. negl. prælat. c. quia diversitatem, in fi. de concess. præb. Rebuff. de vol. n. 10. Rot. decis. 7. n. 4. de præb. in antiq. & tunc negligente Ordinario, in cujus diocesi indultum quis habet conferendi, illum familiaribus litteris requirere potest de publicando concursu, & concurrentibus examinandis attestatoneque & approbatione illius, quem magis idoneum Ordinarius judicavit, ut fieri debet, transmissa, sic approbato, est parochialis à Cardinali eadem magis idoneo judicato, & non alteri conferenda, dict. cap. 18. §. per. isto, & eadem constit. 32. §. ut autem

Recusante ¶ autem Ordinario, vel negligente prædicta executioni debite demandare, ultra quod cogi posset à Cardinalibus sacre congregationis Ordinariorum & aliis modis legitimis, posset etiam ad metropolitanum, quoad Episcopos, haberi recursus, ¶ ut in simili, à gravamine ab Ordinario in concursu illato appellatur ad Metropol. & à Metropolitanano ad Ordinarium viciniorum, vel Sedem Apost. ubi coram iudice appellationis, & ejus examinatore examinatur. Sed appellatio hujusmodi habet locum tantum ad effectum devolutivum, non autem suspensivum, quia non suspendit judicatum, ut in eadem constit. eodem §. ut autem. ¶ Parochiales quoque omnes per obitum, aut resignationem, non tamen ex causa permutationis, quomodolibet vacantes, exceptis his, quæ juris patronatus laicorum existunt, & quæ a Papa per devolutionem, resignationem, aut aliam causam sibi benè visam conferuntur ab aliis quibuscunque collatoribus, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & Sedis Apostolicæ legatis,